



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio**

**Coloniae Vbiorvm, 1645**

CAP. XXXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10133**

de tribulatione illa animam meam. Etenim nunquam facta est mihi in pace amaritudo mea amarissima, sed sollicitum semper animum cura atque timore complevit : ipsaque voluptas, cum aderat, redundabat luctu atque mœrore ; tum testimonio conscientiae, quæ acri semper morfu animum exedit ; tum metu iudicii tui, quod est formidabile ; tum horrore pœnarum, quibus obstringerer ; quæ futuræ sunt maximæ & æternæ.

## C A P. XXXV.

**S**ed quæ mihi utilitas in his omnibus, si, adhuc jacens, non sublevabar, afflictus non recreabar, vincetus non solvebar, mortuus in vitam non revocabar? Quam misere timebam ne omnem de mea salute memoriam funditus ex animo ejecisses ! Quam verebar, ne, à te sublevatus in altum, eodem quo Lucifer casu corruissem ! qui quidem ascendit in montem sanctum tuum & in tabernacula tua Angelus, & in infimū terræ locum prolapsus est Diabolus. quā metuebā, ne me abriperet Tartarus, atque intra sua viscera, nunquam evomendum, impelleret ! Hei mihi, dicebam, Domine ; à iudiciis tuis timeo ; à facie peccatorum meorum contremisco, quæ ad justissimum ac severissimum tribunal tuum dicunt contra me testimonium. Vide, Domine, & considera, quoniam tribulor ; respice in me, ac miserere mei, quoniam defecit spiritus meus.

## C A P. XXXVI.

**I**N hæc fere verba, aut his similia, effundebam in conspectu tuo orationem meam ; qua